Ecce qualiter Paulus. 4. communicationem priuilegiorum Fratribus Prædicatoribus ab alijs Pontificibus conceſſam, non ſolum approbat confirmat et innouat: ſed etiam de nouo concedit et multa alia in fauorem prædictorum Religioſorum, et omnium aliorum Mẽdicantium.

14 ¶ Pius. 5. Romæ apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die. 23. Septembris anni Domini. 1571. Pontificatus ſui anno. 6. omnia et ſingula priuilegia indulta, cõceſſiones, ſuppręſſiones, et extenſiones, vniones, incorporationes, applicationes, immunitates, exemptiones, libertates, prerogatiuas, fauores, communicationes, indulgentias, et alias quaſcunq; gratias Ordini Fratrum Prædicatorum, et eiuſdem pro tempore exiſtentibus Magiſtro Generali Fratribus, et Monialibus auctoritate Apoſtolica approbauit confirmauit, et innouauit illaq; omnia et ſingula efficacia exiſtere, et perpetuam roboris firmitatem obtinere, et perpetuo inuiolabiliter obſeruari debere, decreuit.

¶ *De priuilegiis Fratrum Minorum quibus gaudent priuilegiis & indultis aliorum Ordinum Mendicantium.*

¶ Alex-